
S · BRIGIDA
ROMA
I·N·R·I

Oratio prima.

O Domine Jesu xpe rex eterna dulcedo et amen omnium hominum in te sperantium gaudium et [illegible] penitentium [illegible] [illegible] propter hominem factus [illegible]

~~uabit eum: etiã ſi omnibus diebus vite ſue vixerit ſecdm propriam voluntatē ipſius. et ſi cras mori deberet vita eius prolongabit. Item quotiens quis hanc orationes dixerit: habebit xl. dies indulgentiarum ⁊ inſuper ſit tertius iungi ſuperno choro angelorum. Et ſi quis aliquē de eu eris [illegible] maiores eius gaudiū ⁊ meritū nunq̃ decreſcet ſed in perpetuū ſtabit. De oratiões ubi cunq loco fuerint vel dicantur deus cū gratia ſua preſens erit ⁊ proteget eum ſicut fecit Paulum naufragantem in deprofundo pelagi Amen.~~

¶ Oratio prima.

O Domine Jeſu xp̃e eterna dulcedo te amantium: iubilus excedens omne gaudium et omne deſiderium: ſalus ⁊ amator penitentium peccatorū: qui delitias tuas atteſtatus es eſſe cum filiis hominū: propter hoīez homo factus in fine temporum. Memento omnis p̄meditationis ⁊ intimi meroris quem ab initio cōceptionis tue in hūana natura ſuſtinuiſti: maxime inſtante ſaluberrime paſſionis tue tempore in diuino corde ab eterno preordinato. Memento triſtitie et amaritudinis: quam in anima tua

teipſo atteſtante habuiſti quando dixiſti: Triſtis eſt anima mea vſq3 ad mortem: et quando in vltima cena diſcipulis tuis corpus 7 ſanguinez tuũ tradidiſti. pedes eoꝝ lauaſti 7 dulciter eos conſolando imminentem paſſionem tuam predixiſti. Memento tremoris anguſtie 7 doloris que in tuo corpore delicato ante paſſionem crucis tue pertuliſti quãdo poſt trinam orationem ſanguineum ſudorem ſudaſti: a diſcipulo proprio tradebaris: ab electa genta capiebaris a falſis teſtibus accuſabaris: a trib9 iudicibus iniuſte iudicabariſ: i electa ciuitate in paſchali tempore: in florida corporis tui iuuẽtute innocenter damnabaris: tradebaris: conſpuebaris. veſte propria exuebaris. veſtibus alienis induebaris: colaphizabaris: oculis 7 facie velabaris alapis cedebaris: ad colunnam ligabaris: flagellabaris: ſpinis coronabris. O dulciſſime Jeſu da mihi queſo ob memoriã harũ penarũ et paſſionũ ante crucis tue paſſionez veram ante mortem meam contritionem: puram confeſſionem: dignam ſatiſfactionem: et omniuz peccaruum meoruz remiſſionẽ Amen. Aue dulciſſime

Jeſu chriſte miſerere mihi peccatori·et dic vnū Pater noſter·⁊ vnum Aue maria·et ſic dicatur in fine cuiuſlibet orationis·

¶Oratio ſecunda·

O Jeſn vera libertas angeloꝝ: et paradiſus delitiarum:memento terrorum et horrorū quos ſuſtinebas quando oēs inimici tui quaſi leones ferociſſimi te circumſteterūt et colaphizationibus:conſpuitionibus: vngulationibus ceteriſqꝫ inauditis ſuppliciis te moleſtauerunt et per omnia contumelioſa verba·dura verbera duriſſimaqꝫ tormenta quibus te omnes inimici tui affixerūt·deprecor te vt liberes me ab omnibus inimicis meis viſibilibus ⁊ inuiſibilib⁹ et dones mihi ſub vmbra alarum tuarum protectioneꝫ ſalutis eterne Amen· Aue dulciſſime Pater noſter·Aue maria·

¶Oratio tertia·

O Jeſu mundi fabricator ⁊ creator quem nulla dimenſio vero termino metitur: qui terram palma cōcludis·recordare amariſſimi doloris tui quem ſuſtinebas dum ſanctiſſimas manus tuas ad crucem obtuſis clauis primo

affixerũt ꝛ ad perforandũ delicatiſſimos pedes tuos cũ non eſſes conueniens voluntati eoꝛuꝫ doloꝛeꝫ ſuper doloꝛẽ addiderũt vulneribꝰ tuis et ita crudeliter diſtraxerunt et extenderũt in longum ꝛ latũ crucis tue vt diſſoluerẽtur oẽs cõpagines membꝛoꝝ tuoꝛũ. Precoꝛ te ꝑ huius ſanctiſſimi et amariſſimi in cruce doloꝛis memoꝛiam das mihi timoꝛem ꝛ amoꝛẽ tuũ Amen. Aue dulciſſime. Pater noſter. Aue maria.

¶ Oꝛatio quarta.

O Jeſu celeſtis medice: recoꝛdare languoꝛis ꝛ doloꝛis atqꝫ liuoꝛis quos in alto crucis patibulo leuatus paſſus es: in omnibus dilaceratis membꝛis tuis quoꝛum nullum in recto ſtatu ſuo permanſit: ita vt nullus doloꝛ doloꝛi tuo ſimilis inueniretᷣ: quia a planta pedis vſqꝫ ad verticeꝫ capitis nõ fuit in te ſanitas: ꝛ tunc doloꝛum omniũ ĩmemoꝛ patrẽ pꝛo inimicis pie exoꝛaſti dicens: Pater ignoſce illis qꝛ neſciunt quid faciunt: per hanc charitatẽ ꝛ miſericoꝛdiã et ob memoꝛiam doloꝛis concede vt hec memoria amariſſime paſſionis tue ſit omnium peccatoꝛum meoꝛum plenaria remiſſio Amen. Aue

dulciſſime· Pater noſter· Aue maria·

¶ Oratio quinta·

O Jeſu ſpeculum claritatis eterne: memento illius meroris quē habuiſti quando in ſpeculo ſereniſſime maieſtatis tue conſpexiſti predeſtinationē tuā electoꝝ tuoꝝ per merita paſſionis tue ſaluandoꝝ et reprobationē maloꝝ in multitudine damnandoꝝ ⁊ per abyſſuꝫ miſerationis tue qua perditis ⁊ deſperatis peccatoribus tunc condoluiſti ⁊ precipue quā latroni in cruce exhibuiſti dicens: Hodie mecū eris in paradiſo· Rogo te pie Jeſu vt facias mecū miſericordiam tuam in hora mortis mee· amen· Aue dulciſſime· Pater noſter· Aue maria·

¶ Oratio ſexta·

O Jeſu rex amabilis: totuſqꝫ deſiderabilis: memento meroris quem habuiſti quando nud⁹ ⁊ miſerabilis in cruce pepēdiſti: ⁊ amici ac noti tui aduerſus te ſteterunt ⁊ nullū conſolamen inueniebas niſi ſolā dilectā genitricem in agone tibi fideliſſime aſſiſtentē quā diſcipꝉo tuo cōmendaſti dicēs: Ecce mulier filius tuus Et ad diſcipulū tuuꝫ: Ecce mater tua· Rogo te

pie Jeſu per gladiū doloris qui tunc eius aīam ꝑtranſiuit: vt cōpatiaris mihi in oībus tribula tiōībus ⁊ afflictiōib⁹ meis corporalib⁹ ⁊ ſpiri tualib⁹ da mihi conſolationē in oī tpe tribula tiōis mee. amen. Aue dul. Pater nr̄. Aue maria

℄ Oratio ſeptima.

O Jeſu fons inexhauſte pietatis q̄ ex intimo dilectiōis affectu in cruce dixiſti: Sitio. ſ. ſalutē hūani generis accēde q̄ſum⁹ noſtrū deſi deriū ad oē op⁹ ꝑfectū ⁊ ſitiz carnalis ꝯcupiſcē tie: ⁊ eſtū mundanaꝝ dilectionū in nobis peni tus refrigera ⁊ extingue amen. Aue dul. Pr̄ nr̄ Aue maria.

℄ Oratio octaua.

O Jeſu dulcedo cordiū ingenſq̄ ſuauitatis mentiū per amaritudinē aceti ⁊ fellis quā pro nobis ſuſtinuiſti in cruce ⁊ deguſtaſti: cōce de nobis miſeris peccatorib⁹ corp⁹ ⁊ ſanguinē tuū oī tpe: ⁊ p̄cipue ī hora mortis nr̄e digneris ꝑcipere ad remediū ⁊ cōſolationē aīaꝝ noſtraꝝ amen. Aue dulciſſime. Pater nr̄. Aue maria.

Oratio nona.

O Jeſu regalis virtus iubiluſq̄ mētalis: me mento anguſtie quā paſſus es quādo per

mortis amaritudinem ⁊ iudeorū inſultationē
cum magna voce te a deo patre derelictum cla
maſti dicens. Hely hely lamazabathani: qđ eſt
deus meus deus meus vt quid me dereliquiſti
Per hanc anguſtiā peto te vt in anguſtiis mor
tis mee non derelinquas me dn̄e deus meus.
amen. Aue dulciſſime. Pater nr̄ Aue maria.

¶ Oratio decima.

O Jeſu alpha et o: vnio ⁊ virtus in omni me
dio: recordare ꝙ a ſummo capite vſqȝ ad
plantam pedū pro nobis in aquaȝ paſſionis te
dimerſiſti: propter latitudinē ⁊ magnitudineȝ
vulnerū tuoꝝ doce me per verā charitatē cuſto
dire latum mandatuȝ tuum nimis Amen. Aue
dulciſſime. Pater noſter. Aue maria.

¶ Oratio vndecima.

O Jeſu abyſſus profundiſſime miſericordie:
rogo te ꝓpter profunditateȝ vulneꝝ tuoꝝ
que tranſierūt carnē tuā ⁊ medullaȝ oſſium et
intima viſceꝝ tuoꝝ. vt me ſubmerſuȝ ī peccatis
emergas ⁊ abſcondas in foraminibus vulnerū
tuoꝝ a facie ire tue donec ꝑtranſeat furor tuus
Amen. Aue dulciſſime. Pater nr̄. Aue maria.

¶Oratio.xij.

O Jeſu veritatis ſpeculum:vnitatis ſignum
et caritatis vinculū:memento innumera/
bilium vulnerū tuoꝝ:quibus a ſummo capite
vſqꝫ ad ima pedum vulneratus fuiſti : et ab im
piis iudeis laceratus: et ſanctiſſimo ſanguine
tuo rubricatus:quam magnitudinez dolorum
in virginea carne tua pertuliſti pro nobis pie
Jeſu:quid vltra facere debuiſti qđ non feciſti.
Scribe queſo omnia vulnera tua in corde meo
precioſiſſimo ſanguine tuo:vt in illis legā do/
lorem ꝛ amorē tuū vt eorū memoria ſemꝑ apud
ſecretū cordis mei remaneat vt dolor paſſiōis
tue ī me quotidie remouet̄ ꝛ amor augeat̄ vſqꝫ
dum perueniā ad te deſideratum theſaurū om/
nium bonorū ꝛ gaudioꝝ repletum: quod mihi
donare digneris chriſte dulciſſime in vita mea
Amen.Aue dulciſſime.Pater nr̄.Aue maria.

¶Oratio.xiij.

O Jeſu leo fortiſſime rex immortalis ꝛ inui/
ctiſſime:memento doloris quez paſſus es
cuz omnes vires corporis ꝛ cordis tui penitus
defecerūt:ꝛ inclinato capite dixiſti: Conſuma/

tum eſt : per hanc Anguſtiam ⁊ dolorem tuum
miſerere mei in vltima conſumatione vite ⁊ exi
tus mei cũ anima mea anxiata fuerit ⁊ ſpiritus
meus cõturbatus· Amen· Aue dulciſſime Jeſu
Pater noſter· Aue maria·

¶ Oratio·xiiij·

O Jeſu vnigenite altiſſimi patris ſplendor ⁊
figura ſubſtantie eius : memento ſubnixe
cõmendationis qua patri ſpiritum tuũ cõmen
daſti dicens· Pater in manus tuas commendo
ſpiritũ meum· ⁊ lacerato corpore ruptoqꝫ corde
cũ valido clamore patefactis viſceribus miſeri
cordie tue ꝓ nobis redimẽdis expiraſti: ꝑ hanc
precioſiſſimam mortem tuam deprecor te rex
ſanctorꝝ: conforta me ad reſiſtendũ diabolo et
ſanguini ⁊ mundo mortuus: tibi ſoli viuã et in
nouiſſima hora exitus mei ſuſcipe reuerentem
ad te ſpiritũ meum exulem ⁊ peregrinũ Amen·
Aue dulciſſime· Pater noſter· Aue maria·

¶ Oratio·xv·

O Jeſu vitis vera ⁊ fecunda: memento ſuper
fluentis ⁊ habũdantis effuſionis ſangui-
nis tui quem tu de corpore tuo ſicut de botro

expreſſo copioſe effuſiſti: quando in cruce tor⸗
cular ſolus calcaſti: et per lanceam militarem
perfoſſo latere nobis ſanguinem ꝛ aquam pro⸗
pinaſti: ita vt minima gutta in te nō remanſit
tunc demum quaſi faſculus myrrhe in altum
ſuſpenſus fuiſti: et delicata caro tua euanuit:
liquor viſcerum tuorum exaruit. ꝛ medulla oſſi
um tuorum emarcuit. Per hanc amariſſimam
paſſionem tuam et precioſiſſimi ſanguinis tui
effuſionem precor te dulciſſime Jeſu vulnera
cor meuꝫ vt penitentie ꝛ amoris lachryme ſint
mihi panes die ac nocte ꝛ cōuerte me totaliter
ad te vt cor meum fiat tibi perpetuo habitabile.
et conuerſatio mea tibi placida et accepta ſit:
ac finis vite mee laudabilis: vt poſt vite mee
terminum te laudare merear cum omnibus ſan
ctis tuis ineternuꝫ Amen. Aue dulciſſime Jeſu
Pater noſter. Aue maria.

¶ Finis

¶ Oratio ſancti Auguſtini deuotiſſime dicenda .xxxiij. diebus genibus flexis ad obtinendam gratiam.

O Dulciſſime dn̄e Jeſu xp̄e ver⁹ deus qui de ſinu ſummi patris omnipotentis miſſus es in mūduʒ peccata relaxare: afflictos redimere: in carcere poſitos ſoluere: diſperſos congregare: peregrinos in ſuā patriā reducere: contritos corde miſereri: dolētes ꝛ lugentes cōſolari. Dignare dn̄e Jeſu chriſte abſoluere et liberare famulum tuū .N. de afflictione ꝛ tribulatione in qua poſitus ſum: ꝛ tu dn̄e qui genus humanū inquātū homo a deo patre omnipotente in cuſtodiā recepiſti. Et ex pietate tua crudeli paſſione nobis paradiſuʒ cū precioſo ſanguine tuo mirabibiliter mercatus es: ꝛ inter angelos ꝛ homines pacem feciſti. Tu dn̄e Jeſu xp̄e digneris inter me ꝛ inimicos meos ſtabilire ꝛ confirmare concordiā ꝛ pacem ꝛ gratiā tuā ſuper me oſtendere et infundere miſericordiā tuam ꝛ omne odiū et iracundiā inimicorū meoꝝ quod contra me hā

bent digneris extinguere ⁊ mitigare ſicut ira/
cundiã ⁊ odiũ Eſau abſtuliſti: qđ habebat ad/
uerſus Jacob fratrẽ ſuũ. Jta dñe Jeſu xp̄e ſuper
me famulũ tuum. N. brachiũ tuũ ⁊ gratiã tuam
oſtendere ⁊ me liberare digneris ab omnibus
me odientib⁹. Et tu dñe Jeſu xp̄e ſicut liberaſti
Abrahaz de manib⁹ caldeoꝝ. ⁊ filiũ Jſaac de im
molatiõe ſacrificij cũ ariete: ⁊ Jacob de manu
Eſau fratris ſui. ⁊ Joſeph de manu fratrũ ſuoꝝ
Noe per archam diluuij: Loth de ciuitate So/
domoꝝ: Famulos tuos Moyſen ⁊ Aaron: ⁊ po
pulum iſrael de manu. Pharaonis de ſeruitute
egypti. Similiter Saul de mõte gelboe. Dauid
regem de manu Saulis et Golie gigantis. Su
ſannam de falſo crimine et teſtimonio. Judith
de manu Holiferni. Danielem de lacu leonum.
Tres pueros Sidrach Miſach ⁊ Abdenago de
camino ignis ardẽtis. Jonam de ventre ceti. et
filiã Cananee que erat tormẽtata per diabolũ
et Adaz de profundo puteo inferni cum precio/
ciſſimo ſanguine tuo. ⁊ Petrũ de mari. ⁊ Paulũ
de vinculo. Jta me famulũ tuum. N. dulciſſime
dñe Jheſu criſte fili dei viui liberare digneris

et ſuccurre in adiutoꝛiuꝫ mei: quia inimici mei
ſuper me faciunt: et facere volunt multa mala
conſilia. Ita domine Jeſu xp̄e euacuare digne-
ris conſilium eoꝛum: ſicut euacuaſti conſilium
Architofellis: qui cōſiliatus eſt Abſolon cōtra
Dauid regem patrem ſuū. Ita dn̄e Jeſu chꝛiſte
me liberare digneris per ſancta beneficia tua:
per ſanctā incarnationē tuam: quā accepiſti vt
homo de virgine Maria: ⁊ per ſanctā natiuita
tem tuā: per famem: per ſitim: per frigus: et per
caloꝛes: per laboꝛes: et afflictiones: per ſputa:
per alapas: per flagella: per clauos: per lanceaꝫ
per ſpineaꝫ coꝛonā: per potationē fellis ⁊ aceti
per ſeuiſſimā moꝛtem crucis: per ſeptem verba
que pendens in cruce dixiſti: ſcilicet deo patri
omnipotenti: Ignoſce illis quia neſciunt quid
faciunt. Dixiſti dn̄e latroni in cruce pendenti.
Amē dico tibi hodie mecū eris in paradiſo. Di
xiſti dn̄e patri tuo Hely hely lamazabatani: qđ
eſt īterpꝛetatū. deus meus deus meus vt quid
dereliquiſti me. Dixiſti dn̄e matri tue: Mulier
ecce fili⁹ tu⁹. Deinde diſcipulo: ecce mater tua
Oſtende deus curam habere tuoꝛum amicoꝛuꝫ

Dixiſti domine: Sitio ſcilicet ſalutem animaꝝ
ſanctarum que in lymbo fuerunt ⁊ noſtram cu
piendo. Dixiſti domine patri tuo: In manus
tuas domine cōmendo ſpiritum meuz. Dixiſti
domine: Conſumatum eſt: ſignificans laboꝛes
⁊ doloꝛes quos pꝛo nobis miſeris ſuſcepiſti iaz
finire: pꝛopter hos etiam rogo redemptoꝛ dn̄e
Jeſu chꝛiſte vt me famulum tuuz .N. cuſtodias
ab hoſte maligno ⁊ ab omni periculo hic in pꝛe
ſenti et in futuro defende me per deſcenſionem
tuam ad inferos: per reſurrectionem tuam et
frequentem diſcipuloꝛum tuoꝛuz conſolationē
per admirabilem aſcenſionem tuam. per aduen
tum ſpiritus ſancti: per diem tremendū iudicij
per hec omnia exaudi me domine: et per cuncta
beneficia tua: et etiam pꝛo cunctis beneficiis
tuis mihi famulo tuo collatis q̄s tu me feciſti
ex nihilo: tu redemiſti me: tu ad fidem ſanctam
tuam perduxiſti me: et contra diaboli tentatio
nem me pꝛemuniſti. vitam eternā pꝛomittendo
pꝛopter iſta ⁊ omnia alia que oculis non vidit
nec auris audiuit: nec in coꝛ hominis aſcendit
Rogo me dulciſſime domine Jeſu chꝛiſte vt ab

omnibus periculis anime ⁊ corporis pro tua pietate ⁊ miſericordia me famulum. N. nunc et ſemper liberare digneris. Et poſt huius vite curſum ad te deum viuum et verum me perducere digneris. Qui viuis et regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Finis.

Inc. C. 26/1-12
Reg 136059

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001958980
Inc. C 26/1 -12 cm